



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs C. Iubilate Deo omnis terra, seruite.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](#)

Iubilate Deo omnis terra, seruite,

## ARGUMENTVM.

Est breuis sed suauissimus Psalmus, simili argumento cum superioribus. Hortatur enim ad gratiarum actionem, & prædicat Christum esse Deum, Creatorem & Dominum nostrum clementem, & æternæ misericordiae. Obseruabis autem in similibus Psalmis, ubi ad gratiarum actionem & cultus noui Testamenti hortatur, significari occulta abrogationem cultuum Legis.

*Christum laude noua uenerari, iubila Christo  
Dicere, læticiae signa mouere iubet.*

*Nempe Euangelio ueniae spes certa renascens,  
Hoc stabilit regnum, quod sine fine manet.*

Psalmus in confessione.

Propositio, ut etiam gentes laudent Deum  
Narratio, in qua exponit causam, nempe beneficia Christi in nos.

*Omnia qui magnæ colitis loca peruiaterræ,  
Tollite uiuenti iubila clara Deo.  
Lætantes seruite Deo, cum stabitis autem  
Tota alacris facies uestra sit ante Deum.  
Hunc tamen esse Deum cognoscite, nempe creati  
Ipsius, haud nostra de ratione sumus.  
Ipse suum populum faciens nos, fecit ut essent,  
Quas uelut indulgens pasceret auctor oves.  
Ipsius intrantes portas, ante omnia grates  
Dicite, laudantes nomen ubiq; Dei.*

NAM



Nam bonus est Dominus, nec desinet esse quod audire.  
Ipsius est finem non habitura fides.

## PSALMVS CI.

Misericordiam & iudicium canabo tibi.

## ARGUMENTVM.

Est Oeconomicus Psalmus, proponit enim David suum exemplum, quomodo aulam suam constituerit, & quorū hominū opera utatur ad res agendas, sed exemplum eius docet, quantum odium hac diligentia & studio apud suos sibi conciliarit. Nomina autem hīc præcipua Aulicorum uitia, quod sīt peruersi, maledici, arrogantes, mendaces, indulgentes cupiditatibus &c.

Quales non liceat nec fas sit habere ministros  
Regibus, exemplo prædicat ipse suo.  
Quales præcipue Regum uersantur in aulis,  
Consilijs semper noxia turba bonis.

Psalmus David.

**C**Arminis huius erūt bonitas mihi pōdus et æquū,  
Mi Deus in primis te mea musa canet.  
Simplicis inconcussa uite uestigia carpam,  
Quando erit ut uenias, & mea cœpta iuues?  
Perfectio mea tota domus mihi corde regetur,  
In mentem ueniet res mala nulla nubis.

Propositio  
seu summa psal  
mi, cantabo q-  
modo ego bo-  
nitate & iudi-  
cio administro  
regnum meum

P

Sectana

